



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De ordine iudicij & ministerio angelorum. D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

## LIBER IV.

532

De ordine iudicandi, &amp; ministerio angelorum.

*Matth. 13. f.* Cum autē in Euangelio legatur, quod Dñs mitte  
angēlos suos, qui colligent de regno eius omni  
scandala, & mittent iniquos in caminum ignis.

*Matth 24. c* item, Exibunt angeli, & separabunt malos de me  
dio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.

*Psal. 49.*

idem, Mittet angelos suos cum tuba, & congrega  
bunt electos à 4. ventis. Et Propheta dicit, Con  
gregate illi sanctos eius. Ministerio angelorum ille  
impleri dubitandum non est. Dominō n. venient  
ad iudicium, præcedet ante eum ignis, quo com  
buretur facies mundi huius: & peribit cœlum &  
terra, non secundum substantiam, sed secundum  
speciem, quæ immutabitur: cœlum quidem ae  
reum, non æthereum. Tantum n. ascenderit ignis in  
iudicio, quantum ascenderunt aquæ in diluvio.

*De Ciu. Dei,*  
*lib. 20. c. 18.*  
*tom. 5.*

*Matth. 3. c*

*Luca 3. d*

Ille a. ignis malis, qui reperti fuerint viui, erit con  
sumptio: bonis vero, non, vt ait Aug. Hoc erit in  
cendium mundi sanctis, quod fuit caminus tribu  
pueris. In quibus, si aliquid purgandum fuerit, pe  
illum ignem purgabitur. Aliis vero nullam inge  
ret molestiam. Purgato vero per ignem mundo, &  
ad iudicium veniente Domino, emitetur vox illa  
magna, qua resurgent omnes mortui: & tunc mi  
nisterio angelorum ventilabitur area, quia boni  
congregabuntur ibi de quatuor partibus mundi  
angelico ministerio: quo & rapientur obuiā Chri  
sto, in aera, reprobis in terra, quam dilexerunt, re  
manentibus & tunc præconia illa bonorum, Esu  
riui, & dedistis mihi manducare: & increpationes  
illæ malorum, Esuriui, & non dedistis mihi man  
ducare, &c. proferentur vel sono vocali, vel alio  
modo. Deniq; proferetur sententia super vtroq;

Venite benedicti: &, Ite maledicti, &c. Et mi  
nisterio angelorum virtute Dei cooperante mittentur  
malii in caminum ignis, hoc est, in infernum.  
Si post iudicium demones prærerunt hominib. ad puniendū. E

*1. Thess. 4. d*

*Matth. 25. c*

*Matth. 25. g*

*Idem 13. f*